



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vitruvius Itervm Et Frontinus**

**Vitruvius**

**Florentiae, 1513**

De cauis aediu[m]. Cap. III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12979**

LIBER


Sequitur eā pportiois addecorē apparatus, uti non sic  
considerantibus aspectus eurhythmia dubius, de qua  
quibus rationibus efficiatur est mihi pronuciādū,  
Primūq; de cauis ædium uti fieri debeant, dicam.

De cauis ædium.


Cap. III.

**C**AUIS ædium quinq; generibus sunt distin-  
ta, quorum ita figura nominatur, Tus-  
canicum, corinthium, tetrastylon, displu-  
uiatum, testudinatum, Tuscanica sunt, in quibus tra-  
bes in atrii latitudine traiectæ habeant interpēsua  
et colliquias, ab angulis parietum ad angulos tigno-  
rum intercurrentes, item afferibus stillicidiorū in me-  
dium compluuium deiectus.

Omibus  
his caue-  
diis latus  
unū aper-  
tum reliq-  
mus, ut pi-  
ctura in-  
tribus la-  
teribus ap-  
parēs, ui-  
deatur eo-  
rū interna  
descrip-  
tio.  
Cauediū  
tuscanicū




In corinthiis iisdem ratiõibus trabes & compluuiæ  
collocantur, sed à parietibus trabes recedentes in cir-  
cuitione circa columnas componuntur.




Cauediũ  
corinthiũ

Tetrastyla sunt, quæ subiectis sub trabibus angu-  
laribus columnis, & utilitatem trabibus & firmita-  
tem præstant, quæ neq; ipse magnum impetum coguntur  
habere, neq; ab interpenſiuis onerantur.



hibernaculo  
 quod tetra-  
 stylon dicitur  
 atri

Displuviata autem sunt, in quibus, deliquia ar-  
 cam sustentantes stillicidia reiciunt. Hæc hibernacu-  
 lis maximas præstât utilitates, quæ compluvia eorum  
 erecta non obstant luminibus tricliniorum. Sed ea  
 habent in refectionibus molestiam magnam, quæ circa  
 parietes stillicidia defluentia continent fistule, quæ  
 non celeriter recipiunt ex canalibus aquam defluen-  
 tem, itaque redundantes restagnant, & intestinum  
 opus, & parietes in eis generibus ædificiorum cor-  
 rumpunt.



Cauediū  
qđ displu  
uiatum dī  
atur.

Testudinata uero ibi fiunt, ubi non sunt impetus  
magni, & in contignationibus supra spaciofa reddū  
tur habitationibus.